



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 94. Josua Comes a Protestantibus Urbis ingressu prohibitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

bant, sese illis opponunt: mox vero tumultus, ac rixæ suscitantur, ac tandem die decima nona Maji manus conferuntur, ubi seditione sequentibus diebus aucta plures vulnerantur, atque occiduntur, præprimis enim Protestantes facto in Brussiæ ædes impetu, illas diripiunt, injectoque igne comburunt, ipsum vero Brussium die decima quinta Junii crudeliter trucidant, aliosque plures graviter faucent, ac nondum satiato furore Carmelitarum Conventum, imperfectis aliquibus Religiosis deprædantur, nec minus postea Augustinianorum cœnobium aggrediuntur, ibidemque sacras imagines evertunt, simulque in Ecclesiam sancti Francisci, urbisque nosocomium lacrilegas manus injiciunt: decima sexta autem ejusdem Mensis die Dominicanorum Ecclesiam invadunt, eamque pariter exsfoliant.

### §. XCIV.

#### *Joufa Comes a Protestantibus Urbis ingressu prohibitus.*

Postmodum Joufa Comes Regius Provinciæ Prætor Joannem Nogaretum Valetam Apamæas ablegabat, qui seditionem extincturus Protestantibus sequentes proponebat conditiones. I. Captivi Apamæis, & Fuxii utrinque liberentur. II. Externi milites utrobi-

Mm 2 que

Sæcul. XVI.  
A.C. 1566.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1566.

que introducti dimittantur. III. Arma privatis adempta in ædes publicas deponantur. IV. Cetera Regis, a quo propediem mandata expectabantur, voluntati permittantur. His quidem legibus obtemperabant Protestantes: ast cum interea Jousa Comes adventans cum tribus peditum signis hospitium in urbe sibi parari peteret, Protestantes hostilem vim sibi inferri cauſſantes Comitem recipere detrectarunt: cum ergo hic misso ad Regem nuntio de hac injuria quereretur, mox incolæ pariter ad Regis aulam suos ablegarunt, ut funestos hujus repulſæ successus præpedirent, quinimo Calvinistæ quoque suos decreverunt, qui ipsorum temeritatem excusarent.

Attamen Rex quantocius eo mittebat Jacobum Angeneum Rambulietum, quem mox Rabbatus, & Caumontius Vicecomites Calvinistis addicti convernabant, eorumque opera induciæ fuerunt sanctitæ: hinc die vigesima tertia Aprilis oinnes præfidiarii milites numero sexcenti sclopetarii urbe dimittuntur, ac unacum illis latrociniorum consciī pariter urbe excedunt. Altera die Angeneus cum militari, quam ducebatur, manu, explicatisque signis, & pulsatis tympanis urbem ingreditur, fine oppidanorum injuria: inde autem digref-

digressus Fuxium proficiscitur: mox ve- Sæcul. XVI.  
A.C. 1556.  
ro ipse etiam Jousa cum suis equitibus  
honorifice, & obsequiose specietenus  
exceptus Apamæas venit, quem post-  
ea Joannes Dafius Senatus Tolosani  
præfes cum sex consiliariis delega-  
tis, qui de caufsa cognoscerent, se-  
cuti sunt.

§. XCV.

*Reorum nonnulli ob contumaciam  
damnati.*

Postmodum auditis testibus, & rebus *Thuan. l.c.*

pro tempore constitutis, factaque  
spe, ex æquo jus utriusque parti dictum  
iri, Præses cum suis consiliariis disces-  
sit: nihilominus Mense Septembri octo-  
decim seditiosi capti sub custodia Tol-  
osam ducebantur, qui tamen ferme om-  
nes carcere elapsi sunt: insuper Calvi-  
nistæ eoquod vel Senatum Tolosanum sibi  
suspectum haberent, sive innocentiae  
suæ haud satis fiderent, propositis a-  
pud Regem suspicionum caussis impe-  
traverunt, ut cognitio ad alias judices  
remitteretur, & de caussa Senatus Pa-  
risiensis cognosceret. Quinimo Rex  
hac super re jamjam literas expedire  
jusserat, verum mox Guisii Cardinalis  
follicitatione decretum regium super  
ea re factum revocatur, & cognitio  
rursus Senatui Tolosano committitur;

Mm 3 ubi